

四旬期第三週星期六

紫色

這位羅馬的殉道聖女蘇撒納，除名字外，與本日書信所述的蘇撒納，絕無相關的。今為前往到集合祈禱堂所舉行的巡遊，須經過在羅馬蒙有醜名的區域，在那裡當時正實行着賣淫的勾當。為了這，今天所採用的聖經內，也提及婦女犯姦事。

彌撒：慈母聖教鼓勵一般的基督徒，對救主基督的聖寵，具有充滿的信心：因這聖寵對任何的人，決不會落空的。基督不是來壓迫罪人的，却是來頒發天主的寬恕而拯救他們的（福音）。祂的萬能之聖寵，具有一種力量，為拔除人們于罪惡的纏絆，並使他們能操新而純潔與聖化的生活（奉獻詠，領主詠）。從此我們該在試探中保持忠實（書信），並不畏一切的磨難。天主保護無辜的人，並把他們的清白必揭露于今世或死後。

附註：今天書信中的史蹟，人們往往見到繪于羅馬地窟中的牆上。初期的基督徒們以無罪的蘇撒納，象徵基督的忠實淨配——教會：她每每受到不義的誣告與迫害，但她對於基督永不缺憾的保護，却具有不可動搖的信心。

詠 5 : 2 - 4

Verba mea auribus percipe, Dómine,
intéllege clamórem meum: inténde
voci oratiónis meæ, Rex meus et
Deus meus. Quóniam ad te orábo,
Dómine: mane exáudies vocem
meam. Glória Patri

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus:
ut, qui se, affligéndo carnem, ab
aliméntis ábstinent; sectándo
iustítiam, a culpa ieiúnent. Per
Dóminum nostrum.

達 13 : 1-9, 15-17, 19-30, 33-62

In diébus illis: Erat vir hábitans in
Babylóne, et nomen eius Ióakim: et
accépit uxorem nómine Susánnam,
filiam Helcíæ, pulchram nimis, et
timéntem Deum: paréntes enim illíus,

進臺詠

上主，求祢傾聽我的語言，求祢
細聽我的悲歎！我的君王，我的
天主，請聽我祈禱的聲音！上主，
我在向祢哀懇，祢一早便俯聽了
我的呼聲。光榮歸於父……。

集禱經

全能的天主，求祢恩使祢的信眾，
不僅守齋節食，以刻苦肉身，並
且能剋慾寡過，以追求聖德。因
我們主……。

書信

從前有一個人住在巴比倫，名叫
約雅金，他娶了一個妻子名叫蘇
撒納，是希耳克雅的女兒；這女
子非常美麗，而且敬畏上主，原

cum essent iusti, erudiérunt filiam suam secúndum legem Móysi. Erat autem Ióakim dives valde, et erat ei pomárium vicínium dómui suæ: et ad ipsum confluébant Iudæi, eo quod esset honorabílior ómnium. Et constituti sunt de pópulo duo senes iúdice in illo anno: de quibus locútus est Dóminus: Quia egréssa est iníquitas de Babylóne a senióribus iudícibus, qui videbántur régere pópulum. Isti frequentábant domum Ióakim, et veniébant ad eos omnes, qui habébant iudícia. Cum autem pópulus revertísset per merídiem, ingrediebátur Susánna, et deambulábat in pomário viri sui. Et vidébant eam senes cotídie ingrediéntem et deambulántem: et exarsérunt in concupiscéntiam eius: et evertérunt sensum suum, et declinavérunt óculos suos, ut non vidérent cœlum, neque recordaréntur iudiciórum iustórum. Factum est autem, cum observárent diem aptum, ingrèssa est aliquándo sicut heri et núdius tértius, cum duábus solis puéllis, volúitque lavári in pomário: æstus quippe erat, et non erat ibi quisquam, præter duos senes abscónditos et contemplántes eam. Dixit ergo puéllis: Afférte mihi óleum et smígmata, et óstia pomárii cláudite, ut laver. Cum autem egréssæ essent puéllæ, surrexérunt duo senes, et accurrérunt ad eam, et dixerunt: Ecce, óstia pomárii clausa sunt, et nemo nos videt, et nos in concupiscéntia tui sumus: quam ob rem assentíre nobis, et commiscére nobiscum. Quod si nolúeris, dicémus contra te testimónium, quod fúerit

來她的父母都是義人，常按照梅瑟的法律教育了自己的女兒。約雅金是個很富有的人；靠近他的住宅有一個果園；由於他比眾人更有聲望，猶太人經常到他那裡集會。那一年，有兩個長老由人民選為民長，上主曾論及這類人說：「邪惡充塞巴比倫，是由於只在表面上治理人民的長老和民長。」這兩個人經常到約雅金的家裡來；凡有訴訟的，都到這裡來見他們。中午時，人民離去以後，蘇撒納常走進她丈夫的果園裡散步。那兩個長老每天見她進去散步，遂對她起了邪念。他們昧著良心，轉眼不看上天，全不思念正義的裁判。他們在等待一個適當的機會時，有一天蘇撒納像往日一樣，只帶著兩個婢女進了果園，由於天熱，她想在園中沐浴。那時園中除了這兩個藏著窺看她的長老外，沒有別人。蘇撒納對婢女說：「將油和香皂給我拿來，關上園門，我要沐浴。」婢女們一走出去，這兩個長老便起來，跑到她面前，對她說：「看，園門關了，沒有人能看見我們，我們早就愛上了你，你要答應我們，與我們交合罷！不然，我們就要作證控告你，說有一個青年人同你在一起，所以你纔打發婢女們離開你。」蘇撒納歎息說：「我真是左右為難！因為我若作了這事，我是必死無疑；我若不作這事，我也難逃你們的手。我不如不作，寧可落在

tecum iúvenis, et ob hanc causam emíseris puéllas a te. Ingémuit Susánna, et ait: Angústiae sunt mihi úndique: si enim hoc égero, mors mihi est: si autem non egero, non effúgiam manus vestras. Sed mélius est mihi absque ópere incídere in manus vestras, quam peccáre in conspéctu Dómini. Et exclamávit voce magna Susánna: exclamavérunt autem et senes adversus eam. Et cucúrrit unus ad óstia pomárii, et aperuit. Cum ergo audíssent clamórem fámuli domus in pomário, irruérunt per postícum, ut vidérent, quidnam esset. Postquam autem senes locúti sunt, erubuérunt servi veheménter: quia numquam dictus fúerat sermo huiuscémodi de Susánna. Et facta est dies crástina. Cumque venísset pópulus ad Ióakim virum eius, venérunt et duo senióres, pleni iníqua cogitatióne advérsus Susánnam, ut interficerent eam. Et dixerunt coram pópulo: Míttite ad Susánnam fíliam Helcíæ, uxórem Ióakim. Et statim misérunt. Et venit cum paréntibus et fíliis et univérsis cognátis suis. Flébant ígitur sui, et omnes qui nóverant eam. Consurgéntes autem duo senióres in médio pópuli, posuérunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspéxit ad cœlum: erat enim cor eius fidúciam habens in Dómino. Et dixerunt senióres: Cum deambularémus in pomário soli, ingrèssa est hæc cum duábus puéllis: et clausit óstia pomárii, et dimísit a se puéllas. Venítque ad eam adoléscens, qui erat abscónditus, et concúbuit cum ea. Porro nos, cum essémus in

你們手裡，也不願在上主面前犯罪。蘇撒納遂高聲喊叫，這兩個長老為對付她也喊叫起來，其中一個跑去開了園門。家人一聽見園中的喊聲，就急忙從側門跑進來，要看看她遭遇了什麼事。但是當長老們說出這段話以後，僕人們都感覺羞慚，因為從來沒有人說蘇撒納有過這樣的事。第二天，人民聚集到她丈夫約雅金那裡的時候，那兩個長老也來了，滿懷惡意，一心要將蘇撒納置於死地。他們在人民面前說：「派人將希耳克雅的女兒，約雅金的妻子，蘇撒納帶上來！」差人便去了。蘇撒納同他的父母，她的孩子和她所有的親戚都來了。她的親友和看見她的人都在哭泣。那兩個長老遂在人民中站起來，把手按在蘇撒納的頭上。她哭著仰視上天，衷心依賴上主。兩個長老說：「當時只有我們兩人在園中散步，她同兩個婢女進來，隨即關了園門，並辭退了兩個婢女。一個預先藏在園中的青年人，走到她面前，與她睡在一起。我們在園中的角落裡看見這種醜事，便跑到他們那裡。我們雖然看見他們二人在一起，但我們卻不能捉住那個青年，因為他比我們有力，他便開門逃走了。我們捉住這女人以後，問她那個青年是誰，她卻不肯告訴我們：對於這些事，我們是見證。」會眾相信了他們，因為他們是人民的長老和民長，於是便定了蘇撒納的死罪。蘇撒

ángulo pomárii, vidéntes iniquitátem, cucúrrimus ad eos, et vídimus eos pariter commiscéri. Et illum quidem non quívimus comprehendere, quia fórtior nobis erat, et apértis óstiis exsilívit: hanc autem cum apprehendissémus, interrogávimus, quisnam esset adoléscens, et nóluit indicáre nobis: huius rei testes sumus. Crédidit eis multitúdo quasi sénibus et iudícibus pópuli, et condemnáverunt eam ad mortem. Exclamávit autem voce magna Susánna, et dixit: Deus ætérne, qui absconditórum es cógnitor, qui nosti ómnia, ántequam fiant, tu scis, quóniam falsum testimónium tulérunt contra me: et ecce, mórior, cum nihil horum fécerim, quæ isti malitióse composuérunt advérsus me. Exaudívit autem Dóminus vocem eius. Cumque ducerétur ad mortem, suscitávit Dóminus spíritum sanctum pueri iunióris, cuius nomen Dániel. Et exclamávit voce magna: Mundus ego sum a sángvine huius. Et convérsus omnis pópulus ad eum, dixit: Quis est iste sermo, quem tu locútus es? Qui cum staret in médio eórum, ait: Sic fátui, filii Israël, non iudicántes, neque quod verum est cognoscéntes, condemnástis fíliam Israël? Revertímini ad iudícium, quia falsum testimónium locúti sunt advérsus eam. Revérsus est ergo pópulus cum festinatióne. Et dixit ad eos Dániel: Separáte illos ab ínvicem procul, et diiudicábo eos. Cum ergo divísi essent alter ab áltero, vocávit unum de eis, et dixit ad eum: Inveteráte diérum malórum, nunc venérunt peccáta tua, quæ operabáris

納遂大聲呼號說：「永生的天主！你洞察隱秘的事，凡事在發生以前，你已知道了；你知道他們對我所作的是假見證；看，現在我要死了，然而我並沒有作過，他們惡意對我所捏造的事。」上主俯聽了她的呼聲；當她被押赴刑場的時候，天主感動了一個青年人的聖善心靈，這青年名叫達尼爾，他便高聲呼喊說：「對於流這女人的血，我是沒有罪的！」民眾轉過身來問他說：「你說這話有什麼意思呢？」達尼爾立在民眾中間說：「以色列子民！你們怎麼這樣糊塗？未經審問，不查實情，就定一個以色列子女的罪案嗎？你們再回審判廳！因為他們二人作了假見證，誣陷了她。」於是民眾急忙回去，眾長老對達尼爾說：「請你來，坐在我們中間，明白地告訴我們，因為天主把長老的智慧賜給了你。」達尼爾對他們說：「將這兩個長老隔離開，讓我來審問他們。」把他們二人隔開以後，達尼爾叫過其中的一個來，對他說：「你這個一生作惡的老妖，你以前犯的罪，現在已臨到你身上了！你宣布不義的裁判，判定無辜者有罪，釋放有罪的人，雖然上主曾說：不可殺害無辜和正義的人。如果你真看見了她，現在你告訴我：你看見他們在一起是在什麼樹下？」他回答說：「是在乳香樹下。」達尼爾說：「夠了！你在說謊，應砍你的頭，因為天主

prius: iúdicans iudícia iniústa, innocéntes ópprimens, et dimíttens nóxios, dicénte Dómino: Innocéntem et iustum non interfícies. Nunc ergo, si vidisti eam, dic, sub qua arbóre vidéris eos colloquéntes sibi. Qui ait: Sub schino. Dixit autem Dániel: Recte mentítus es in caput tuum. Ecce enim, Angelus Dei, accépta senténtia ab eo, scindet te médium. Et, amóto eo, iussit veníre álium, et dixit ei: Semen Chánaan, et non Iuda, spécies decépit te, et concupiscéntia subvértit cor tuum: sic faciebátis filiábus Israël, et illæ timéntes loquebántur vobis: sed filia Iuda non sustínuit iniquitátem vestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbóre comprehénderis eos loquéntes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Dániel: Recte mentítus es et tu in caput tuum: manet enim Angelus Dómini, gládium habens, ut secet te médium, et interfíciat vos. Exclamávit itaque omnis coetus voce magna, et benedixerunt Deum, qui salvat sperántes in se. Et consurrexérunt advérsus duos senióres [convícerat enim eos Dániel ex ore suo falsum dixísse testimónium], fecerúntque eis, sicut male égerant advérsus próximum: et interfecérunt eos, et salvátus est sanguis innóxius in die illa.

詠 22 : 4

Si ámbulem in médio umbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es, Dómine. Virga tua et báculo tuus, ipsa me consoláta sunt.

若 8 : 1 – 11

In illo témpore: Perréxit Iesus in

的天使已奉天主的命，要把你斬為兩段。」達尼爾叫他退下，命將另一個帶上來，對他說：「客納罕的苗裔而非猶大的苗裔啊！美色迷惑了你，淫慾顛倒了你的心。你們一向這樣對待了以色列的女子們，她們由於害怕而與你們交往，但是這個猶大女子，卻不能忍受你們的邪惡！現在你告訴我：你發現他們在一起，是在什麼樹下？」他回答說：「是在樟樹下。」達尼爾對他說：「的確，你也一樣在說謊話，也必要砍下你的頭！天主的天使手中已拿了利劍在等待著，要將你斬為兩段，消滅你們。」全會眾遂大聲吶喊，讚美天主，因為他拯救了那些仰望他的人。眾人都起來攻擊那兩個長老，因為達尼爾按照他們二人的口供，證實了他們作假見證；他們怎樣惡意對待了自己的近人，民眾也怎樣對待了他們。於是眾人按照梅瑟的法律將他們處死；這樣，那一天救了無辜者的血。

臺階詠

主啊！縱使我應走過陰森的幽谷，我不怕凶險，因祢與我同在。祢的牧杖和短棒，是我的安慰舒暢。

福音

那時候、耶穌上了橄欖山。清晨

montem Oliveti: et dilúculo iterum venit in templum, et omnis pópulus venit ad eum, et sedens docébat eos. Addúcunt autem scribæ et pharisæi mulierem in adultério deprehensam: et statuérunt eam in médio, et dixerunt ei: Magíster, hæc múlíer modo deprehénsa est in adultério. In lege autem Móyses mandávit nobis huiúsmodi lapidáre. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicébant tentántes eum, ut possent accusáre eum. Iesus autem inclínans se deórsum, dígitó scribébat in terra. Cum ergo perseverárent interrogántes eum, eréxit se, et dixit eis: Qui sine peccáto est vestrum, primus in illam lápidem mittat. Et iterum se inclínans, scribébat in terra. Audiéntes autem unus post unum exíbant, incipiéntes a senióribus: et remánsit solus Iesus, et múlíer in médio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Múlíer, ubi sunt, qui te accusábant? nemo te condemnávit? Quæ dixit: Nemo, Dómine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnábo: Vade, et iam ámplius noli peccáre.

詠 118 : 133

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum: ut non dominétur mei omnis iniustítia, Dómine.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut huius sacrificii munus oblátum, fragilitátem nostram ab omni malo purget semper et múniat. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et

祂又來到聖殿，眾百姓都到祂跟前來，祂便坐下教訓他們。那時，經師和法利塞人帶來了一個犯姦淫時被捉住的婦人，叫她站在中間，便向耶穌說：「師傅！這婦人是正在犯姦淫時被捉住的，在法律上，梅瑟命令我們該用石頭砸死這樣的婦人；可是，祢說什麼呢？」他們說這話，是要試探耶穌，好能控告祂；耶穌卻彎下身去，用指頭在地上畫字。因為他們不斷地追問，祂便直起身來，向他們說：「你們中間誰沒有罪，先向她投石罷！」祂又彎下身去，在地上寫字。他們一聽這話，就從年老的開始到年幼的，一個一個地都溜走了，只留下耶穌一人和站在那裡的婦人。耶穌遂直起身來向她說：「婦人！他們在那裡呢？沒有人定你的罪嗎？」她說：「主！沒有人。」耶穌向她說：「我也不定你的罪；去罷！從今以後，不要再犯罪了！」

奉獻詠

主啊！求祢按祢的言語、使我的腳步堅穩，勿容任何惡習控制我。

密禱經

全能的天主，求祢恩准：使在聖祭中我們所奉獻的禮品，清除我們一切的罪惡，並常常扶持我們的脆弱。因我們主……。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，

salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte iúbeas, deprecámur, súpplici confessiône dicéntes:

若 8 : 10 – 11

Nemo te condemnávit, mulier? Nemo, Dómine. Nec ego te condemnábo: iam ámplius noli peccáre.

Quæsumus, omnípotens Deus: ut inter eius membra numerémur, cuius córpori comunicámus et sánguini: Qui tecum vivit et regnat.

Præténde, Dómine, fidélibus tuis dexteram cœléstis auxílii: ut te toto corde perquírant; et, quæ digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum nostrum.

我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

婦人！沒有人定你的罪嗎？——主！沒有人。——我也不定你的罪；從今以後，不要再犯罪了！」

領後經

全能的天主，我們既領了我們主基督的聖身聖血，求祢恩准我們，得參成祂奧身的肢體。祂和祢...
...。

為教民誦

主，求祢伸出右手，從天眷佑祢的信眾，使他們能以全心尋求祢，並能得到他們正當的所求。因我們主.....。